



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. VI. De effectibus irregularitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

CAPVT VI.

§. I. De effectibus Irregularitatis.

1. Irregularitas absolute, & totaliter accepta tres effectus patit. Primò, impedit hominem à suscipiendis Ordinibus, atque hic est effectus illius primarius. Secundò, impedit ab Ordinum usu. Tertiò, à Beneficiis, & Ecclesiastica Iurisdictione, ut patet ex dictis c. r. irregularitatem non privare Clericum Privilegiis Clericorum scimus omnes, & mox §. 1. n. 1. dicam distinctius: & quoad privilegium ferendi habitum Clericalem. Vide Tanner. 2. p. 5. g. mor. 2.5. docentem contra Sanchez co-privari, si non sit bigamus.

2. Dixi (absolute, & totaliter) nam de irregularitate impropria, & secundum quid, quæ aliquem tantum effectum gignit, vel pro tempore non perpetuo, dicitur in Decretu tractationis. Et primo est irregularitas ex defectu ætatis, quæ perpetua non est, quomodo est illa ex defectu sanitate, quæ item cessat, infirmitate cessante, quomodo est illa, quæ aliquando supervenit Sacerdoti, impediens ex parte Ordinum usum, ut, si Sacerdos fiat mancus, vel cæcus, poterit enim audire Confessiones, quavis celebrare non possit, &c. De integra ergo irregularitate loquendo, discutamus per prædictos tres effectus separatim.

§. II. Irregularitas impedit Ordinum susceptionem.

1. Qui, cum irregularis sit, Ordines quoscunque recipit, ut vult Val. tom. 4. d. 7. q. 19. p. 2. Suar. de Conf. d. 40. sect. 2. n. 2. Grass. dec. l. 4. c. 2. n. 6. p. 1. Sayr. de Conf. l. 6. c. 2. n. 26. & c. 10. num. 38. peccat mortaliter, sed valide ut habet Suar. l. c. Avil. de Confur. p. 7. d. 2. dub. 6. ordinatur, nec teste Suar. loc. cit. n. 3. aliam censuram, vel irregularitatem aliam contrahit. Quod peccet graviter, etiam suscipiendo Minores, teste Suar. loc. cit. num. 2. patet, quia sic operatur contra græve præceptum. Quod valide ordinetur, item patet, quia si habeat quis ea, quæ ex Instituto Christi requiruntur ad Ordinum valorem, non potest, quoad illum valorem, impediri ab Ecclesia. Quod denique nullam aliam censuram contrahat, inde probatur, quia in nullo iure apparet, contra irregularitatem Ordines susceptionem fulminari censuram, vel aliam irregularitatem.

2. Hinc sequitur, ad liberandum omnino ejusmodi irregularitatem, qui Ordines cum irregularitate suscipit, sufficere, si dispensetur in ipsa unica irregularitate ante ipsius Ordinum susceptionem contractam, quia per dictam susceptionem irregularitatem aliam non incurrit.

3. Quando igitur in Sacro Textu legis Ordinationem irregularis esse nullam, esse irritam, &c. Intellige, quoad executionem, & veluti quoad effectum, quia licet Ordines susceptos exequi, ut mox dicemus, non potest.

4. Quoad primam Tonsuram, quia hæc non est Ordo, ut communis, & vera sententia docet, quantum est ex hoc capite, valide, & licite suscipi posset ab irregulari, quia is per Sacros Canones solum arceat ab Ordinibus. At, quia illa est jamna, & dispositio ad Ordines, & propter illam gaudet Tonsuratus privilegiis Clericalibus sitque idoneus ad Ecclesiastica Beneficia Ecclesiasticamque jurisdictionem, peccabit graviter irregularis primam Tonsuram recipiens. Ita Suar. loc. cit. sect. 2. G. Hart. d. 1. de Irreg. diff. 1. §. 5. Avil. de Confur. p. 7. d. 2. dub. 5. Conink. de Irreg. d. 18. dub. 1. Caltrop. de Irreg. d. 6. p. 5. Diana p. 4. tr. 2. ref. 88. quia tentat fieri ad prædicta idoneus contra Ecclesiæ voluntatem.

5. Interrogabis ejusmodi Irregularis tonsuratus gaudebitne privilegiis Clericorum sive Canonis, sive Fori?

Respondeo, gavisorum; quia cum Tonsuram valide recipiat, eam enim nunquam invalidam reddidit Ecclesia (quamvis, quia non est Sacramentum, sed tota dependens ab ipsa, potuisset) eam, inquam, valide recipiat, est verus Clericus, & ex alia parte non invenitur iis, licet

contra

quam in simili tradidi lib. 1. in Decal. c. 3. §. 7. V. Marr. n. 4. 28. Inquires in hunc modum secundò. Celebravi cum dubio, an excommunicatione, vel simili censura innodatus id fecerim, neglecta diligentia indagandi veritatem, unde certo peccavi. Deinde Religionem tactus, omni quo potui studio, veritatem inquires, neminem inveni, qui dubium, sive adversum me, sive pro me depellere potuerit, debeone me deinceps, ut irregularum gerere, quandoquidem celebranti cum excommunicatione Irregularitatem esse annexam, mox dicemus?

29. Respondeo, ita probabile esse docet Suarez de Conf. d. 40. sect. 5. n. 19. Salas p. 2. tract. 8. d. unic. sect. 5. n. 169. quia possessio mala fide inchoata nil juvat possidentem. Sed purò probabilius, cum Bonacin. de Conf. disp. 7. §. 1. p. 5. n. 5. Sanchez. lib. 1. in Decal. c. 10. n. 46. te solum peccasse, non autem te debere gerere, ut irregularem. Ratio est, quia peccatum committitur quidem ab operante per malam fidem: at irregularitas, nisi à jure inducatur, ex nulla mala fide contrahi potest. Si ergo tu, modo dicto, celebrans dubius tunc fuisti de censura, dubia etiam fuit incurio in irregularitatem, atque adeo nulla, quia solum in facto homicidii injusti irregularitas incurritur à dubitante. Et certe Suar. qui est in opposita sententia, nostram tamen approbasse in simili, loquendo de expositis, videtur. Fereor, inquit Suar. d. 50. de Conf. sect. 4. n. 4. expostum, quia mala fide suscepti Ordines, posse etiam excusari, quamvis ab initio mala fide sit ordinatus, deponendo scilicet illam fidem, & conformando se opinioni probabiliter dicenti, expositos non se debere, ut illegitimos habere, atque adeo, nec, ut expulsos ab ordinum susceptione.

30. Inquires tertiò, sic: Dubito, an per legem Canonicam constituta sit pro hac actione irregularitas, unde evolvo ejus juris dispositiones, nihil tamen certi reperio, judicabone esse constitutam?

Respondeo, in id judicare debes cum Sanchez l. 1. in Decal. c. 10. n. 32. & aliis passim constitutum esse prorsus nullam, ex toties decantato Textu, per quem expressa debet esse injure irregularitas. Ex qua doctrina idem dic, si inveneris in jure aliquam dispositionem, quæ ambiguit, ac dubie irregularitatem imponat; adhuc enim jus non est certum, & expressum. Quid si probabiliter? Id jam universaliter subdo.

31. Inquires enim sic Quarto. Habeo probabiles rationes circa jus, vel circa factum, quæ me de irregularitate condemnant, probabiles item, quæ me liberant, cui adhaerebo secutus?

32. Respondeo, cui major, etiam si altera sit probabilior, quia probabilitatem sequendo, semper prudenter te geris.

33. Illud universaliter l. 2. in Decal. cap. 3. §. 3. num. 11. admonui, & nunc in irregularitate moneo cum Cajetano in summ. V. Opinio. Si enim probabilitas contra te ita validis rationibus vallatur, ut opposita, quæ alias probabilis apparebat, à sua tenui illa probabilitate deiciatur, te irregularem pronuntiato: siquidem tanta probabilitas unius partis, quamvis non evidentibus, sed probabilibus rationibus instructa, dicitur, & est certitudinem, quam illam magnam probabilitatem, expectare non possumus, cum nulla ferè veritas sit tam constans, & clarè in hominibus, ut aliquid contra illam afferri non possit. Et ex alia parte modica illa probabilitas, quæ alias prudentem assensum à nobis extorquere poterat, ita nunc vincitur, & opprimitur, ceu parva candela à clarissimo Sole, ut nequeat amplius vocari, & esse proximè, seu practicè probabilis, cum in ea presentia tanta probabilitatis unius partis, nequeat intellectus prudenter inclinari ad partem aliam, quæ apparet, tam modicæ veritatis.

contra eiusdem Ecclesie præceptum promotis, Clericorum privilegium ille sublatum.

6. Excepe Bigamos: Clerici enim coniugati cum unica, & Virgine, quamvis gaudeant privilegio Canonis, & fori, quia si Bigami non sunt, at Bigami utroque privilegio privantur. Lege Sanchez de matr. l. 7. d. 46. num. 3. Squill. de Priv. Cler. c. 6. n. 24. & commun.

7. Eiusmodi illicite Tonsuratum puto ibidem, privilegio immunitatis à Gabellis, propter eandem rationem, gaudere: iam enim est persona Ecclesiastica. Quare, si ceteras condiciones habet, quas ad hoc privilegium participandum requirunt Sacri Canonis, non est, unde iis illud denegetur.

8. Denique adverte, Irregularem non expelli à receptione aliorum Sacramentorum, præter Ordinem, nec ab ingressu, & professione Religiosa modo in ea Religione, nec Ordinem, nec Prælatum, nec Dignitatem sine dispensatione suscipiat. Lege Abb. in cap. quibusdam n. 1. de penis. Maiol. de Irreg. lib. 1. c. 2. n. 7. Leand. alios citans de Irregul. d. 3. q. 7. Covar. in c. Alma Mater. p. 1. §. 2. n. 6. G. Hurt. de Irreg. d. 1. diff. 5. n. 19. Ioan præp. 3. p. de Irreg. dub. 3. n. 13.

9. Potest autem Irregularis interesse Divinis Officiis, Missam audire, Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, & Sacramenta alia, præter Ordinem, tuto suscipere. Ratio est, quia in prædictis ex parte recipientis nullum datur exercitium Ordinis, quod exercitium esse prohibitum Irregulari in §. seq. dicimus, & ex alio capite nulla est in iure prohibitio de his aliis actionibus, facta Irregulari.

§. II. Irregularitas impedit usum Ordinis.

1. Irregularitas innodatus illicite, &, c. ult. de Temp. Ord. c. Inquisit. de Accus. quidem mortaliter exercet, siue actus ipsius Ordinis, siue actus, qui fieri nequeunt sine potestate Ordinis, idque, siue per activum usum, siue, in uno, per passivum. Epilico singula.

2. Per activum usum est, si Episcopus irregularis conferat alteri quemcumque Ordinem, etiam primam Tonsuram, si Sacerdos irregularis Missam celebret, si idem à peccatis absolvat, hi enim sunt actus Ordinis.

Activus item usus est, si idem Sacerdos solemniter Benedictiones Nuptiarum, vel Baptismum & similia exhibeat, vel, si idem Episcopus Irregularis Altaria, Tempia, Calices consecret, vel vestimenta Sacrificij benedicat, hi enim sunt actus, qui fieri nequeunt à non habente potestatem Ordinis.

3. Dixi n. 1. (illicite) nam valida esset collatio Ordinis, Consecratio, Benedictio, &c. Ecclesia enim non potest: pro prima Tonsura (ut supra diximus) & non vult tollere potestatem à legitimis Ministris, &c. An tamen Irregularis valide absolvat à peccatis, cum tunc requiratur Iurisdicatio collata ab Ecclesia mox ex §. 4. fieri poterit.

4. Dixi item eodem num. (siue actus, qui fieri nequeunt sine potestate Ordinis) nam alij actus, qui possunt exerceri à Laicis, quamvis ex officio à Clericis exerceantur, possunt, et sunt Bonac. de Cens. d. 7. q. 1. n. 4. n. 5. Torr. de Cens. d. 58. lib. 8. dub. 1. & passim, licite exhiberi ab Irregulari, quia tunc Irregularis non agit, ut Clericus prohibitus per irregularitatem, sed, ut quilibet Laicus.

5. Hinc licite Irregularis baptizat non solemniter, urgente necessitate: hinc licite Missæ inservit, præstatque omnia, quæ deputantur Clerici in Minoribus, & propter eandem rationem horas Canonicas in Choro, solemniter cantu, licite persolvit, ne tamen dicat (Dominus vobiscum) id enim proprium est Sacerdoti.

6. Dixi num. 2. (etiam primam Tonsuram, &c.) nam Irregularis atteret ab omni usu Ordinis; Collatio autem primæ Tonsuræ, usus Ordinis Episcopalis est.

7. Porro per usum passivum in una sola re impeditur Irregularis, quoad pertinentia ad Ordines, nempe in receptione Ordinis, hoc est Ordines licite suscipere nequit, ut supra satis vidimus; is enim est præcipuus effectus irregularitatis.

§. III. Irregularitas, an, & quatenus impediatur Beneficiis, vel acquirendis, vel retinendis, & à Iurisdictione.

1. Hæc adeo sunt in citatis Dodonibus distincte disputata, ut non oporteat illa hic advocare, multo magis, quia praxis sunt rasilimæ.

CAPVT VII.

De Irregularitate ex Defectu Sanitatis.

§. I. Quis sit?

1. Sanitas potest deficere, vel in corpore, vel, in mente. Sit itaque duplex regula.

2. Prima. Ij morbi qui horrorem, vel notabilem deformitatem inducunt, & multo magis, si usum ipsius Ordinis impediunt, Irregularitatem afferunt; etiam ad Minores Ordines. In casu dubio Episcopi erit decretum, et eiusmodi sit morbus.

3. Dixi etiam ad Minoresnam, qui ob aliquem corporis, vel animæ defectum est ineptus ad Sacramentum, item irregularis quoad alios Ordines, etiam quoad primam Tonsuram, quia tunc est absolute Irregularis, quod C. Si quis. C. Hi qui. C. qui partem, diff. 5. l. i. et replicat per illa verba. Ne fiat Clericus. Ad Clerum provenire non possit. Ad Clerum Canonici non admittuntur, &c.

4. Secunda regula. Si defectus mentis, id est ætæstia, sit perpetua, seu per modum habitus, ita ut ament nunquam usus sit ratione, asserti inceptitatem Ordinis, nec solum Irregularitatem. Si vero det intervallo rationis, certe irregularitatem induci. Lege Molinam tom. 4. tr. 3. d. 70. n. 12. alioque communiter.

5. Quid si forte ita ab ætæstia quis convalescat, quod tamen difficile esse consuevit, ut per diuturnam experientiam etiam sanitas comprobetur? Respondet Suarez de Censur. disp. 5. l. 1. c. 1. hunc non esse admittendum ad Ordines, quia raro præsumitur perfectè sanus, vel saltem debere accedere Prælati approbationem, ut prius constitit de sanitate integrè recepta. Diana p. 1. tr. 1. c. 1. alios citans ait, desiderari dispensationem. Sed cum præciter Suarium, quem modò nos attulimus, puto, commode dispensationis, intelligere prædictam approbationem, quæ certe dispensationi æquivalet.

§. II. Quis dispense in prædictis.

1. Solus Summus Pontifex, quia tollendi irregularitatem ex defectu solum Sedes Apostolica facultatem habet, nisi eam aliis ipse concedat.

Aliqui ut Maiol. de Irregul. lib. 2. c. 14. n. 6. & cap. 14. num. 12. Archidiacon. in cap. 2. & 3. diff. 33. putant Episcopum dispensare in hac Irregularitate ex defectu Sanitatis cum suis ovibus posse, quoad Minores Ordines, sed oppositum propter rationem allatam est probabilius. Bonac. de Cens. disp. 7. quest. 2. p. 2. n. 13. Vgol. de Irregul. cap. 53. n. 2. & c. 54. n. 3.

2. Neque huic doctrinæ adversantur ea, quæ diximus nuper §. 1. n. 1. Quodque alij, ut Mol. Suar. alijque apud Dianam p. 3. tr. 6. ref. 61. communiter docent, pertinere ad Episcopum in casu dubio, decernere, an hic, vel ille de defectu, ita sit notabilis, ut inducat Irregularitatem, statim dicemus infra. c. 8. §. 2. de deformitate corporis dubio. Non adversantur, inquam, aliud enim est dispensare, aliud decernere, an sit necessaria dispensatio, necne: illud autem pertinere diximus ad Pontificem, hoc etiam ad Episcopos.

3. Imò addimus cum Suar. d. 51. de Irreg. sess. 1. n. 16. Gibal. c. 3. q. 2. num. 6. pro Religiosis exemptis posse proprium Prælatum decernere de eiusmodi notabili defectu, ut etiam de deformitate, licet fateamur Episcopo Ordinantem integrum esse, eiusmodi iudicium Prælatum Regularium posse reicere, vel admittere.

4. Quando defectus, ut & deformitas sub debili